



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Perfectionis, Et Virtutum Christianarum

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. XVII. De duobus aliis contra tentationes remediis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

gna recumbit arbore, qui videns se à serpenti-
bus & multis feris inuadi, quibus
cum resistere non potest, arborem ad-
scendit, & ibi se tuetur.

Eodem modo & Religiosus aduertens
tentationes ingruere, ascendere oratio-
ne debet & ad Deum recurrere, & sic ser-
uabitur, & à Diaboli laqueis & tentatio-
nibus liberabitur. *Frustra autem iacitur*

Psalm. 117.

rete ante oculos pennatorum. Frustra ille la-
queos suos tendit, si nos volare & in
sublime orationis alis tendere nouerim-
us. *Oculi mei semper ad Dominum, quo-*

Psalm. 24. 15.

niam ipse euellens de laqueo pedes meos.

1. part. tr. 15.

Prima parte fufius de hoc orationis
medio egimus: nunc solum colligemus
aliquot iaculatorias orationes, quibus
tali tempore vti poterimus: plena his est
sacra Scriptura, præcipue Psalmi oratio-
nibus huc pertinentibus repleti sunt; cu-
iusmodi sunt: *Domine vim patior, respon-*

Psalm. 38. 14.

de pro me. Exsurge, quare obdormis, Domi-

Psalm. 43. 23.

ne? exsurge, & ne repellas in sinem. Quare

Psalm. 3. 2.

faciem tuam auertis? obliuisceris inopia no-

Psalm. 12. 1. 3.

stra, & tribulationis nostra? Apprehende

arma & scutum, & exsurge in adiutorium

mihî: dic anime mea: salus tua ego sum. Us-

quequo Domine obliuisceris me in sinem? Us-

quequo auertis faciem tuam à me? Usquequo

exaltabitur inimicus meus super me? Respi-

ce, & exaudi me Deus meus: Illumina ocu-

los meos, ne vnquam obdormiam in mortem,

ne quando dicat inimicus meus, prauulus

aduersus eum. Adiutor in opportunitati-

bus, in tribulatione. In umbra alarum tua-

rum sperabo. Et in velamento alarum tua-

rum exultabo.

Vt pulli sub matris alis se abdunt ve-
niente miluo, eodem modo & nos Do-
mine sub alis tuis seruabimur, & custo-
diemur.

Augustinus.

Multum sanctus Augustinus hac con-
sideratione lætabatur, & Deo dicebat:

Psalm. 16. 8.

Si non me protegit, quia pullus sum, miluus

me rapiet. Sub umbra alarum tuarum pro-

Psalm. 67. 1.

tege me. Ad hoc præcipue multum va-

let Psalmi 67. initium: Exsurgat Deus, &

dissipentur inimici eius: & fugiant, qui ode-

runt eum, à facie eius. Vt enim ipsi non

virtutes nostras, sed Deum opponimus,
nobis non fidentes, & contra ipsos lux
Maieftatis auxilium implorantes; defi-
ciunt & fugiunt, quod illum pro nobis
arma sumpturum videant.

Aliquando nobis his & similibus sa-
cræ Scripturæ verbis, quæ singularis sunt
energix, vtendum: aliquando huius-
modi, quæ necessitas in nobis exprimit
(quæ etiam valent plurimum) hoc reme-
dium in manu habendum, & ad Deum
per orationem recurrendum.

Ideoque dicere solitus erat Pater Ma-
gister Iohannes Auila: Tentatio ad ter-
tu vero ad Deum. *Leuavi oculos meos in*
montes, vnde veniet auxilium mihi. Au-
xilium meum à Domino, qui fecit cælum &
terram. Nobisque enitendum, vt cla-
mores hi & suspiria non ore, sed & ipsi
præcordijs exeant, secundum illud Pro-
phetæ: *De profundis clamaui ad te Domi-*
ne. Ait sanctus Chrysostomus in hac tri-
ba: *Non dixit solummodo ex ore, neque solum-*
modo ex lingua: nam errant etiam mu-
te verba funduntur: sed ex corde profundi-
simo, cum magno studio & magna animi a-
lacritate, & ipsis mentis penetrabilibus; ma-
gnoque feruore ad Deum clamabat.

CAPVT XVII

De duobus aliis contra tentationes remediis.

AD Iohannem Bernhartum, quod dicitur
diabolus aliquem fallere vult, prius
diligenter naturam, conditionem & in-
clinationem eius exploret, eoque, quo
magis illum propendere aduertit, illum
adoriat. Facillioris & suauioris natu-
ræ inhonestis tentationibus & vana glo-
ria inuadit: asperæ vero & austeræ con-
ditionis ira, superbia, indignatione &
impatientia tentat.

Idem annotat & diuus Gregorius, id
que probat similitudine ab aucupibus
sumpta, quibus id vel primum est, vt
sciant,

CAPVT XVIII.

De duobus alijs remedijs magni momenti, que sunt principijs ob-
stare, & nunquam otio-
sum esse.

ALIUD bonum & generale remedium
hic assignant Sancti, vt nimirum
principijs obstemus: hincque ait san-
ctus Hieronymus: *Dum paruus est hostis, Hieronymus.*
interfice: nequitia elidatur in semine, ne
forte crescat, & post id facere nequeas.
Similis est tentatio ignis scintillæ, quæ
si semel cæperit, crescit & vrit. *A scin- Eccl. 11. 34.*
tilla vna augetur ignis. Ideoque & recte
alius dixit:

*Principijs obsta, sero medicina paratur:
Cum mala per longas inualuere mo-
ta.*

Rectius id Spiritus sanctus per Pro-
phetam David monet: *Beatus, qui tene- Psal. 136. 9.*
bit, & allidet paruulos suos ad petram. Et
per Salomonem: *Capite nobis vulpes par- Cant. 2. 15.*
uulas, qua demoliuntur vineas. Dum ten-
tationum vulpeculæ paruulæ sunt, dum
incipiunt superbiæ, affectiuncularum, a-
micitiarum, singularitatis cogitationes,
tunc illæ tibi frangendæ fortissima illa
petra, qui est Christus Seruator noster,
eius exemplo & adspectu, ne crescant, &
animæ tuæ vineam demoliantur. Penes
nos non est impedire, ne tentationes ve-
niant, nec prauæ cogitationes; sed bea-
tus ille, qui initio & incipientibus nouit
valedicere. Sic locum hunc exponit san-
ctus Hieronymus: *Multum refert prin- Hiero. eps. ad*
cipijs occurrere, dum debilis est hostis, Eustochium.
& paruas habet vires; tunc enim facile
illi resistitur; sed post valde difficulter.

Idem similitudine sanctus Chryso-
stomus declarat: *Si ægroto nascatur cupi- Chryso. contra*
ditas quid noxium edendi, etsi hanc cupi- concubinar.
ditatem superat; hic se damno illo,
quod noxium adferre poterat, liberat, &
citius conualescit: sed si vt parua illi de-
lectationi obsequatur, noxium illud
edit,

sciant, qua eca aues maxime delecten-
tur, vt ea insidias & laqueos tendant: eo-
dem modo & aduersarijs nostris Diabo-
lis id ante omnia propositum est, vt inda-
gent, quibus maxime recreemur, & dele-
ctemur, vt ijsdem nobis insidiantur & ve-
rent. Ideoque videre est, Diabolum A-
dam muliere tentasse & aggressum, no-
rat enim illum ea multum affici: Simili-
ter & Sampsonem eodem modo impu-
gnauit & superauit, vt ænigma exponer-
et, in quo fortitudo eius sita erat. Ex-
plorat Diabolus vt astutus miles, & cir-
cumit, vt aduertit, quæ debilior sit ani-
mæ nostræ pars, quæ passio in vnoquo-
que prædominans, & ad quid magis prop-
endeat, vt inde quem inuadat. Ideoque
& nobis illa maxime munienda, prouidi-
enda & sepienda sunt contra inimici
nostri dolum & stratagemam: aduertendo,
quæ debilior animæ nostræ pars,
quæque virtute inaniior (quæ illa merito
conferatur, cui naturæ inclinatio, vel pas-
sio, vel praua consuetudo maxime impe-
rat) illaque maiore cura & sollicitudine
defendenda.

Aliud remedium cum præcedente con-
ueniens adferunt Sancti & spiritualis vi-
tæ Magistri, dicuntque pro generali re-
gula sumendum, tentatione aliqua in-
grediente, statim ad eius contrarium re-
uertendum, & inde defensionem paran-
dam. Hac enim ratione medici corporis
infirmi curant. *Contraria contra-*
rijs curantur. Agritudini ex frigore ori-
entur calida, ex siccitate vero, humida
applicantur, hoc enim modo humores
temperantur, & ad debitam proportio-
nem reuocantur. Eodem modo & nobis
agritudinibus & tentationibus animæ
medendum. Idque est, quod Pater nos-
ter ait: *Anteuertere oportet tentationes,*
adhibitis earum contrarijs; vt cum quis
animaduertitur ad superbiam esse prop-
ensus, exerceri is debet in rebus abie-
ctionibus, quæ ad humiliandum illum v-
tiles futuræ videantur: & sic de alijs
prauis animæ propen-
sionibus.